



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Vita morsque.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A probosq; alios plerosque omnes, de amicis illis declinandis intelligere, quorum nobis perniciofa fit confuetudo, dum vel exemplo, vel etiam adhortationibus bducere nos a abonis moribus, & a vitæ integritate conntuntur. Omnia enim fatemur amico deberi: sed usq; ad aras. Atq; hic subiticiuſi, *Julianus Apoſtata* mi patrie, profatus tantum, ne reliqua profequerere, honoré habere te auribus graviffimorum hominum, cum lepide *Thomæus* conjeçtari fe profeſſus eſt, cur tibi tacendum imperaſſes: addens in explicanda rerum natura, obſcurioribusq; ſcriptorum locis in lucem eruendis, ſibi, utpote viro Philoſophiæ ſtudiis dedito, nullam eſſe debere verecundiam. Nam tu, inquit, oculum amoris laſcivi etiam eſſe ſignum ideo dicere noluiſti, ne Venerem ex obſcœno carmine lumine eſſe pæto probari cogereris. Atqui poteris Venerem hujusmodi oculum ex Hefiodi Theogonia proferre: hunc enim, ut noſti, Poëta vetuſtiſſimus *ἑλικὸς ἑλῆφρον* appellat, quaſi laſciviæ amorisq; plenum, & mobilitate lubrica quoq; ſe facile vertentem, hominiſq; mentem, in quem inſpexerit, tenaciſſime complicantem, ſumpta Hefiodani vocabuli à claviculis vitium metaphora, quaſi aſpicientes laqueis & vinculis devinciant atq; conſtringant. Hic tu, Patrie: Scio quid me deceat. Sed ea potius de cauſa finem feci, quod nuper prælegendo, & nunc dicendo, laſſulus mihi videbar: quare niſi vobis grave eſt, vos reliqua profequi mihi, *ὁ μὲν Φερόεργι ἐστὶ κερμίδος καὶ λέγειν*. Hic Thomæus multa de te honorifice locutus, admittendam laſſitudinis excuſationem dixit. Ut vero dictionem tuam profequeretur lepidus ſenex; multa ſuper amore ex Muſæo & Platone diſſeruit: quemadmodum is ex pætiſ amati corporis oculis in amantiſ pupillas involet, ibiq; aperta ſibi via in medium uſq; cor penetret atq; tranſiliat, ſive ſpiritus, ſive ſanguis ſit tenuiſſimus, qui corpus in alienum tam lubricus illabatur: idcirco ſignate admodum inverecundi, ac maxime petulantis hominiſ hieroglyphicum fieri ex oculo ſubſanguineo, obſervatum ab iis, qui Phyſiognomiæ ſcientiam tradidere, quare apud Lucianum de laſcivo & admodum improbo adolescente dictum, habuiſſe eum *ὁ Φαίμων ὁ Φθαλμὸν*. Neq; temere Ovidium inter laſciviæ ſigna poſuiſſe, purpureas genas pollice tangendas, cujuſ hæc ſunt carmina:

Cum tibi ſuccurres Veneris laſcivia noſtra, Purpureas tenero pollice tange genas.

Oculus Venerem.

Subtus ſanguinem habentem oculum.

LIBIDINOSUS. CAP. XI.

C Itaque ſi hominem Veneris uſui intemperanter deditum ſignificare quis voluerit, ejus ajebat oculos glabris ex toto palpebris effingendos, quarum pili tunc deſſuere incipiant, cum res Venerea cœperit exerceri: eoque magis decidunt, quo amplior accidat ejus rei uſus.

PRÆSTANTIA. CAP. XII.

Addebat denique ad ea quæ de amore aut pulchritudine, aut alia quapiam charitate, quæ affectum excitet, diſſeruerat, oculum eſſe ubique hieroglyphicum rei, quæ maxime præſtet, quæque cariſſima omnium habeatur: Catullianaque illa tot exempla, quæ toto paſſim opere comperiuntur, rei locupletiffimum facere teſtimonium. Sed quod inſularum peninſularumque omnium ocellum dicit, ex Pindaro deſumptum, qui Agrigentum Siciliæ oculum vocet, Olympiis, ode



Sicilia ocellus.

secunda, *σικελίας τ' ὄσαν ὁ Φθαλμὸς*. Atque in hanc ſententiam Tullius: *Hi duos oculos terræ maritime effoderunt.*

VITA MORSQUE. CAP. XIII.

Per adaptum autem oculum hieroglyphice Vitam ſignificari, veluti per eum clauſum, Mortem. Hinc apud Homerum totiens, *Intueri Solem*, pro *Vivere*, hinc *Claudi luminæ*, apud eundem, neque non apud noſtros ubiq; pro *mori*. Oculos enim morientibus operire, ruruſq; in rogo pateſcere, Quiritum magno ritu ſacrum fuiſſe legimus: ita more condito, ut neque ab homine ſupremum eos ſpectari faſ eſſet, & cælo non oſtendi neſas, authore Plinio.



Ad Licinium Calvum.

Ddd 2

ME